

Q.K.367,17.

(X1882555)

929.

II n  
372


# RATIO STATUS ROMULI FRATRICIDIO

summum vindicantis imperium,

*ex l. fin. ff. de rerum divisione.*



Ex Molybdographia Hartmanniana,  
Anno 1678.



72.

D

S

t  
f  
r  
c

.55.

VIRI  
ORACULA!

Hujus inclytæ SITTAVIENSIS Reipublicæ,  
*MAGNIFICI, NOBILISSIMI, EX-  
CELLENTISSIMI AMPLISSIMI,  
CONSULTISSIMI*

DNN.

**DNN. CONSULES,  
SYNDICE, PRÆTO-  
RES, SCABINI, SENATO-  
RES, SECRETARI.**

Patres conscripti,

Mecœnates Optimi Maximi!

 *Uod multorum in VOS & Vestra eorum  
cunabula ex Academiis uno quasi agmine disputantium,  
gratitudinis extat testimonium: cum teste Luthero, nefan-  
dus reputetur homo, cui patria malè audiat; tom. 6. Wi-  
teberg. fol. 400. id illis paribus, innati in VOS & mei studii atq;  
subjectionis aliquo documento præstare diutius visum, nisi abortivo hoc  
rerum statu ultimus semper extitisset verò intitisset rei angustæ domi arti-  
culus, eoq; ipso cuiq; excusabor facile: nec penitus immemor Vestri, Pie-  
ta-*

tatis atq; Justitiæ simulacra! & in me non ita pridem, cum patris redi-  
rem lares cumulati benefacti, indies animo volvens, quo gratitudinis um-  
bra hoc ipsum coadumbararem, quod, alterat nunc vice discedens ab oribus  
patriis, præstare nemo indignabitur: concurrit & modo festum VESTRE  
CONSULATUS, & hoc munus non impar vestris benefactis offerre  
ansam suppeditaret: at in hoc munusculo animum Vobis, officiis datum  
totum, probabitis maxime, scilicet hâc pennâ hisce canicularium vel mesium  
feriis crepare fas esto, ea nixus privata lege, quod semper apud ingenuos  
impunitum fuerit illâ frui libertate, qua scire quid sumus, exercere li-  
cuit, quod discimus. Nam mens vaticinatur hocce me plurium exposu-  
isse malevolentiae, forte invidiae: aliis hoc ipsum negotium nil nisi futi-  
lis ac puerilis argutiarum meditatio; aliis vero tanta sub patriis audere  
regulis studiosum juventantem insolita & in convenientia, indiscretum  
videbitur: insistere gressibus disputantium in Academiis Patria negat:  
tractare hanc vel illam legem hallucinatione solutâ, Patria concedit:  
fortean aliis reputet me adjumentorum igitur vel in studiorum subsidium  
huc scripsisse? alii præstò sunt, equidem ex celebri familia, queis na-  
tura provida haut fortunâ novercante divinoris animæ ornamenta con-  
gessit universa, qui omnes dicuntur Majorum in scipios seminis quadam  
virtute transfusi: tantum modo ad effugiendam omnes benefactorum fon-  
tes exsiccantem, ingratitudinem cuivis bono invisam, odiosam, aliud  
enim in compensationem hoc munere chartaceo vocare nec locus, nec fa-  
cultas alio degendi concessit nec concedit: Accipite, legite hoc Vespere lu-  
cem habens Magnificentiae, ejusmodi saltem manibus quasi à quodam Ve-  
stri Gymnasii discipulo loco speciminis offerretur; ego flagitans benevo-  
lam lectionis attentionem & recubans sub tegmine VV Magnific. & Be-  
nevol. quo par es, officiorum subjectione hocce libo, discedo,  
Vivite!

die 28. Augusti  
1678.

JOHANN CHRISTOPH Henderichs  
L. L. Stud.

Nul-



Q. D. B. V.

Ulla gens tam effera, tam immanisveta, VIRI  
SITT AVIENSES, ingenio, profapiâ, Ma-  
gnifici, Nobilissimi, Excellentissimi, Consultis-  
simi, &c. quæ non in indagando aliquo summo  
Bono omnes cogitationes semper habuerit lo-  
catas, fixeritq; sibi sedem, in qua acquiescere dulce fuit: Si  
per rerum monumenta ire liceret, id demonstratu quam fa-  
cile foret; exemplificant universi tum sacrorum, tum pro-  
fanorum factorum custodes: Vera est ICtorum, & qui sacris  
Gentilium & Christianorum initiati fuere, quod in plena  
cognitione & fruitione Juris Naturalis Summum consistat  
Bonum, ad quod quidem humanitùs adspirare datum est,  
circaq; illud omnis Juris prudentia occupetur: Ita enim hu-  
jus non simulatae Philosophiæ finis demonstratur, LL studi-  
um honoratur, atq; totum totum mores occupans, Jus  
dulcescit & commendatur. Robur insigne habent, quæ Ulpianus in fronte Juris Romani perorat; quæ scripsisse grave  
non erit. *Jus est Ars boni & aequi, cuius merito quis nos Sacerdo-  
tes appelleat, Justitiam namq; colimus, & boni & aequi notitiam  
profitemur; aequum ab iniquo separantes, licitum ab illicito di-  
scernentes; bonos non solum metu pœnarum. Verum etiam prœ-  
miorum exhortatione efficere cupientes:*

Duo enim sunt, quæ natura homini insunt, amor recti &  
vitiorum odium: Cum vero homo natura animal sociale  
sit, fugiatq; solitudines, nec tamen suopte ingenio & com-

A 3

mo-

modo possit vivere, civilis vitæ regulam superaddi necesse  
fuit, quæ est recta ratio, civilem societatem & Rempubli-  
cam bene constituendi, atq; rectè in ea vivendi. Fuere olim,  
qui humanas actiones fatali existere necessitate autumarunt,  
atq; ita hominis rationem, voluntatem atq; agendi faculta-  
tem penitus sustulere: Sed mittatur ad Jndos & Garamantas  
hæc fatua pro fato sententia: bene Boëtius de consolatu Phi-  
losophico *ub. s. prof. 3.* Quo (puta fato) semel recepto,  
quantus occasus humanarum rerum consequatur, liquet:  
frustra enim bonis malisq; præmia pœnæve proponuntur,  
quæ nullus meruit liber ac voluntarius motus animorum;  
idq; omnium videbitur iniquissimum, quod nunc æquissi-  
mum judicatur, vel puniri improbos, vel remunerari pro-  
bos, quod ad alterutrum non propria mittit voluntas, sed  
futuri cogit necessitas: Nec vitia igitur, nec virtutes quic-  
quam fuerint; sed omnium meritorum potius mista & in  
discreta confusio. Sunt deinde ex ipsis ICtis, qui leges Ro-  
manas publicis scriptis Justitiæ incusant, ex quibus Parrici-  
dia, Fratricidia & alia nefandissima crimina defendere sit  
facultas &c: Pro parricidio loquitur remissius *l. 9. ad l.*  
*Pomp. de parr.* quod pœna olim ordinaria in linea recta  
cœde patrata tantum locum habuerit: Fratricidii laudatur  
textus in *l. fin. ff, de rer. div.* ubi dicitur: Et Romuli frater  
Remus occisus traditur obid, quod murum transcendere  
voluerit: &c. exscriptore quidem Patavino, in quo tamen  
nulla Patavinitas, i. e. scribendi genus peregrinum, de occi-  
sione Remi recitasse historiam ante omnia operæ pretium  
duco, *lib. 1. Dec: 1. ita vero ille;* inde cum altercatione con-  
gressi, certamine irarum ad cœdem vertuntur; ibi in turba  
ictus Remus occidit. Vulgatior fama est, ludibrio fratri,  
Remum novos transiliisse muros: Inde ab irato Romulo,  
cum,



cum verbis quoq; increpitans adjecisset, sic deinde, quis-  
quis alias transiliet mœnia mea, imperfectum, ubi si cum  
Liviana ultima recensione Pomponium nostrum in *d. l. fin.*  
contuleris, & quæ verba, & quæ rem, convenientiam dabis  
facile: Sed ingrediamur illicet, sepositis his, arcem argu-  
mentorum, quæ pro causa Romuli fratricidæ facere vide-  
bantur undiquap; Cūi vero in veltrum, Patres conscripti,  
in annuâ hac electione & festiva VESTRICONSULA-  
TUS festivitate, monumentum, umbrâ saltem cuiq; VES-  
TRUM sacratâ congratulatoria, hac dissertatiuncula appa-  
rere volui, materiam potius gravem quam communiorem  
exercere officii fuisset, cum virtutis sit circa difficiliora oc-  
cupari; tamen nemo, cui frons est, non persuadebit, quod  
nec juventus, nec novercans ingeniolum ejusmodi præsta-  
re concedit, igitur mihi impræsentiarum hac in parte hal-  
lucinanti oculum dabitis benigniorem, qui etiam tempus  
plane per in utilem terere exercitationem religioni duxi,  
cum multi alii talia desudent, quæ, parum nōmenti neq; ad  
vitam tuendam neq; ordinandam promovent, *Gell. lib. ii.*  
*N. A. cap. 22.* nec ostentationis, nec auri captandi, verum  
quod pauperie impeditus ex Academiis consecrare haud li-  
cet, privati & domœstici parietes int̄erea vitandi otii ergo,  
lusus instar mentis liberæ, vobis subjiciunt; ea propter subi-  
bo notam audaciæ? audacia moraliter simia est fortitudinis;  
fortes in editcendis bonarum artium disciplinis sumus:  
menis sui juris est *Sen. lib. 3. c. 20. debeneficiis.* quæ adeò vaga  
& libera, ut ne quidem à corporis carcere, cui inclusa est,  
teneri queat: &c: Adeste igitur, Patriæ Patres, verba facien-  
ti de eo, quod in *d. l. fin.* excusando fratricidio nullum pa-  
ratum sit asylum; nimirum inter hos dissertatiuncula decur-  
ret limites, ut quæ arma pro fratricidio cœde suggereret vi-  
de-



deatur Jus Romanum, quæq; hanc sententiam **ex** eod. Jure  
confutent, sigillatim & succincta brevitate adducenda sint,  
quod ut lectioni huic semi horulæ spaciū adfecte impende-  
re haud dedignentur, à Vestris summis Dignitatibus atq;  
humanitatibus enixissimè oro, contendō. Inter ea quibus  
Pomponius nomen suum ad posteritatem transmisit, non  
contemnenda sunt, quæ l. 2. de Orig. Jur. docte configna-  
vit, ubi §. 1. nescio, quibus Emphaticis verbis, quæ Romuli  
**Regumq;** Romanorum primorum ~~παυσακεια~~ absoluta fue-  
rit potestas, describit: Manu, i. e. arbitrio suo juxta potesta-  
tem suam regebat Romulus; id quod Tacitus veritatis Ma-  
gister, Annal. 3. ita expressit: Nobis Romulus, ut libitum  
imperitaverat: & Halicarnasseus lib. 10. Quamdiu regnatum  
est in urbe, Regum arbitrio lites dirimebantur, quod tunc  
erat pro legibus. Quin imò altius philosophari Pomponius  
videri poterat, & quasi summo jure repræsentasse Romu-  
lum, quo in ipsum fratrem, commissa felonia leu Majestatis  
crimine pollutum meritissimo suo animadvertere potuerit;  
potissimum si in historia pensi habes, quod duplex vultu-  
rum numerus Romulo se ostenderit, quo ayium numero  
quasi Deorum suffragio & judicio ad se traxit regnum; in-  
finites enim animi hominum tunc temporis, cum Gentilis-  
mus instinctu Diaboli esset, afficiebantur, si quæ divinitus  
pro Rege aliquo intimando accidissent publicè, ut facile Re-  
gem profiterentur, quem Dii auguriis ostendissent; Post-  
quam igitur auguriorum judicio damnatus esset Remus,  
Romulo invidere cœpit, nec invidiâ tentus tantum, sed in  
eo totus fuit, ut quem parem, fortean superiorem ferre  
non poterat, tolleret è medio, dolo an virtute, nihil cu-  
rans: cumq; causam suam desperatam haberet extrema ten-  
tavit, & fratrem, quem ut superiorem revereri debebat, de-  
spi-



spicit insigniter, mœnia à Principe novæ Reipubl. circumdata ludibundus transiliendo, qui deinde congregiens cum Romulo, quem ipsi Dii Regem salutarant, merito suo periit, Principatus fraternali contemptor, & debitas, Majestatis irrisor, luit pœnas. Sed ne extra oleas, recedamus tandem ab iis rationibus, quas historia pro Romulo suppeditavit, & nosmet in argumentum, quod utilitas publica, quæ hodie Ratio Status salutatur, longe lateq; ostentat, penetremus maximè: Innumerabilia sunt, in jure Romano, quæ svadent aut potius imperant, privatorum commodis ante locanda esse publica: Ciceronis ipsius verba: Occupationes Reipublicæ semper privatæ amicitiae esse præferendas: hæc vero publica sunt, unum imperii corpus unius animo regendum; & quemadmodum ab uno gubernatore, una navis gubernanda, si plures sint, quid nisi turbæ? si quæ duo Ioles esse velint, periculum, ne incendio omnia perdant; & gignit discordiam plurium imperium, nam arduum semper eodem loci Potentiam & Concordiam esse, Taciti veriverbium est: Interfecto Cœsare, Consulibus Hircio & Pana, ingens secutum est civile bellum; dimicarunt de imperio Antonius, Lepidus, Augustus, Brutus. Conciso Cœsare M. Antonius voluit opprimere Renip. & occupare Monarchiam in Rep. quare Bellum suscepit contra Senatum. Huic Cicero se se opponit. Plancus sortitus alteram partem Galliarum. Plancus Imperator habebat exercitum. Hunc Cicero ad defensionem Reip. ab Antonio retrahere gestatur. Cives calamitosi Plancum designatum Consulem, qui in ierat Consulatum, ut se adjungat Senatu, & Remp. adversus immanitatem Antonii defendat, flagitant &c: Jam Romulus multa Regio animo volutans, fustulit è medio fratrem, ut non ipse tantum, sed & nova imperii forma ab infidiis

B

&

& tumultibus secura eset; prudente diffidentia nihil mortalibus utilius, Edoctus illud Euri pideum: Omne jus violentum esse regnandi causa, in cœteris pietatem colas, siq; mala hic fortean incumbant, utilitate atq; securitate publica eadem rependi, Tacitus Arcanorum Imperii summus Doctor tradidit: Hæc multorum equidem judicio putasse Romulum primum Monarchiæ Romanæ Regem, à culpa vel dolo potius, fraticidii excusare posse, si excusando sunt: Sed quæ excusatio erit, si contra fas divinum & naturæ occidam fratrem parem mihi Majestate? evincam igitur, nullo jure à Romulo occisum fratrem Remum, atq; invitâ Pomponii Juris prudentia defendi nefandissimum crimen. A Pomponio, cum in ipso sit faba cudenda, incipiam: **Quis** scripta sua perennantia asteriscis Juris Moralis illuſtravit? Pomponius: **Quis** l. 70. ff. de Rei Vind. scripsit, non per rapinam ab in vito Domino rem justo pretio oportere comparari? Pomponius: Cui l. 8. ff. d. R. f. Jura sanguinis nullo jure Civili dirimi possunt? Pomponio: Pomponius l. II. ff. eod. statuit, id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non posse, & l. 35. eod. quod culpa sit immiscere se rei ad se non pertinenti: **Quis** est, cui cœteri Icti in fragmentis suorum scriptorum maximum J. N. axiomatum partem acceptam referunt? Pomponius est: ipsi Pomponio impossibilia visâ frere facta, quæ laedunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & contra bonos mores sunt. Quæ omnia compendifacta satis ostendunt, Pomponiū salvâ suâ Juris Prudentia non potuisse nec voluisse ulla juris ratione fraticidium Romuli approbare: Pomponius divinæ Justitiæ Antistes atq; Sacerdos noverat optime ex illa juris Sapientia, quam inter mortales summa professus erat cum laude, nihil ad gratiam,

am, nihil ad aulæ auram dicendum, neq; scribendum, ni-  
hilq; quod contra Deum & jura pectoribus mortalium in-  
sita, defendi posie; Fratricidium vero excusare velle, est  
contra naturam arma sumere, & contra Numen os impu-  
denter extollere, qui haec tenus clientularum occupatus ne-  
gotiis Themidi litarat unice atq; iusta responderat: Jam ini-  
quissimum superiorum temporum factum, Romanæ histo-  
riæ custodibus relictum, laudare necesse haberet, ut pro-  
fessionis suæ dignitatem infringere, fidemq; ac integrita-  
tem boni viri suggillaret? minime gentium hoc de bono  
viro sperandum: Fratricidium malum est, quæ malum: hu-  
jus vero defensionem et excusationem ICTOS suscipere, ab  
eorundem professione quam alienissimum est, & qui pos-  
sent, nisi maculam posteritati relinquere vellent, quasi &  
in eo vires periclitari possent, quæ indecora, quæq; intuta  
& bonis viris invisa semper. Sed cur Pomponius citans  
Remi internecionem, male audit? Subit mentem, quod  
alitibi Celsus habet: Incivile est, nisi totâ lege perspectâ,  
una aliqua ejus particula proposita judicare vell respondere:  
Apprime hoc ad L. Pomponii quadrat; mutilata verba aut  
nullum aut mutilatum exhibebunt sensum. Pomponius  
noster lib. 2. variar. leet. Scripserat: Murorum violatores ca-  
pite plecti oportere; Quod durum thema optima fundat-  
ratione, quoniam hostile & abominandum sit, aliâ quam  
per portas egredi (& ingredi) viâ Cives Romanos; Reli-  
gionis enim aliquid muri habebant, cuius rei testis est Cic.  
*de Nat. Deor.* Est mihi tecum pro aris & focis certamen,  
& pro Deorum templis atq; delubris, proq; urbis muris,  
quos vos Pontifices Sanctos esse dicitis, & diligentius ur-  
bem religione quam ipsis mœnibus cingitis, Quæ sententia  
ita probata, ut vel invito persuaderi posset, illustrator ex-

B 2

em-



empo (cum breve et efficax sit iter per exempla) Remi, qui in contemtum Principatus fraternali transfilierat exiguos muros; Quid hic circa suam interpretationem vitij commiserit Pomponius, ego quidem non video, nec puto, qui vir erit, edifferet contra Pomponium sōnticam aliquam causam. Tempus nunc est, ut quæ hanc æquissimam sententiam turbare poterant, pro viriculis refutem. Improbatum enim est Prudentium calculo, miscellis quidem opinionibus quasi distrinxisse auditores, atq; titurbantes reliquissse, non verò firmasse animos, quid veri sequendum aut quid falsi fugiendum sit; In antecessum adversariæ, quæ mihi gravis constituta est ex Liviana historia, repono, quod æquè Remus atq; Romulus à sua multitudine consalutatus fuit Rex, de quo Romulus cum Remo fratre convenerat, ut unam urbem unamq; Rempubl. conderent; ac deniq; quod Romulus ægrè ferre non poterat, despiciatui forte habitos muros, cum & Remi Majestate pollentis interfuerit, se instruendis mœnibus consultum fuisse (id vero factum filet historia) nec decuisse, ut tantæ futuræ Reipublicæ adeò exile fierent muri; (tantæ futuræ Reipubl.? Roma ubi nunc? olim caput mundi, Respublica florentissima! nostris moribus simulachrum, vestigium, species, umbra, reliquiae:) sedet & hoc animo, ut cum pro Romulo congregata argumenta Rationem status spirent, quid sit vera R. S. & quo usq; eâ vero Politico utendum sit, ante omnia explicetur. Ejiciatur velim ex Aulis (utinam & ex pectoribus quorundam Aulicorum & ministrissimorum illa R. S. qua ut Principum idolo, in omnem eventum actiones Regentium quascunq; excusamus, Principum errores obnubilamus, subditosq; terremus, adeò ut si quid grave actum aut statutum sit, pro recto & juvo haberi debeat. Alij rectius ita;

Quod



Quod illa ratio secundum Deum per honesta atq; licita me-  
dia & veras virtutes, rerum Dominos, eorumq; subditos  
ad ultimum finem, salutem æternam & temporum felici-  
tatem prudenter dirigat. Est Politicorum disertissimus judi-  
ciosissimusq; Scipio Amiratus, cui dissertationum Politica-  
rum lib. 13. discurs. 1. hæc statu ratio jus dominandi est; Quo  
verbo ne offendaris, selegenda quædam ex insigni Scripto-  
re: sc. Ratio hæc dominandi semper beneficium publicum  
prospicere debet, minor ratio majori concedere: seu, ra-  
tio illa, sive Rempubl. sive ipsam repræsentantes Principes  
spectet, publici boni procurandi, aut mali avertendi, ratio  
est, quæq; omnibus quidem juribus præcellit, juri tamen  
Divino & Naturali, ut subjiciatur, æquissimum est, quæ,  
(sunt iterum verba Amirati) ita omni vitio caret, suisq;  
ornamentis enitet! nec à ceterarum virtutum communione  
atq; committitio per homines doctos in Scholis, in concio-  
nibus, & scriptis expelli debet. Perlustranda nunc adver-  
fantia argumenta; Quorum primum Romulum excusabat,  
quod propter imperii Majestatem facere potuerit, quicquid  
voluerit: Ad quod respondere non adeò difficile; Quod qui-  
dem primus ille Romanæ Gentis Conditor illimitata, quâ  
Cives Romanos, emicuerit potestate, hæcce tamen intra  
cancellos Juris divini atq; Naturalis decurrere necesse ha-  
buerit; Divinitus enim data Majestas facinoris nefandi in-  
strumentum esse non debet; Repræsentant equidem Rerum  
Domini in his terris Numinis vices, sed quam male offici-  
um suum faciunt, dum humanitate Deum non imitantur,  
sed crudeli animo nescio quam maculam Nominis suo supra  
titulos adspergunt. Arbitrium Regum in d. l. 2. ff. de O. j.  
nolim ita accipias, quasi quicquid velint, iniqui etiam, jure  
suo possint, satis arguit contextus, quod arbitrium non fue-



rit violentum, sed instar arbitrii boni viri. Nec alterutrum  
talo suo stat: detur Gentilitati, quod Romulus augurii præ-  
rogativâ fratrem superaverit, quid inde? alia ingrediendum  
fuissest viâ, ut Remus suo cederet Juri, quam ut fraterno  
litandum esset sangvini: Non alienum vel ab ipsa status ra-  
tione adscivisse quandoq; socium imperii, & geminato Nu-  
mine regere, ne, ut solus rerum potiaris, jura Sangvinum  
violari oporteat. Historiæ, quod tertium est, non conve-  
nit, Remum ipsum de fratre Romulo tollendo, vel consi-  
lia iniisse, vel manu aliquid molitum esse. In prima cœsi  
Remi recensione Livius hæc habet: quod altercatione con-  
gressi fratres, certamine irarum ad eodem versi fuerint:  
Hic Remus contra fratrem clam nihil egit, palam alterca-  
tus, & forte, quod ab imperii communione repellatu, jus-  
tâq; succensus ira, de imperii jure certare justum putavit:  
Verum quidem est, quod referente ulterius Livio, Remus  
Romulum ob mœnium vilitatem ludificatus fuerit: sed fa-  
mâ idipsum sparsum dicitur, forte an sine autore & Capite,  
sine die & consule, nec ipse Historicus fidem relationi ha-  
bet. Tandem qui causam Romuli perorare vult, fatetur  
ingenuè facinus, nequitiae vero & crudelitati mantellum  
obviam est, publica utilitas, seu illa omni juri & rectæ ra-  
tioni contraria Status ratio. Danda est quidem omnis cura  
Principi, ut salva sit sua Respublica, atq; ipsi in omni for-  
tunâ retinenda est Regalis Dignitas: cum leg. Reg. sub Au-  
gusto lata omne imperium in Principem sit translatum  
*l. 1. ff. de Const. Princ.* & quod solutus sit tam divinis quam  
naturalibus & civilibus quoad vim coactivam, cum in ter-  
ris eo sit nemo superior, obligatur tamen iisdem quoad vim  
directivam, quia cum officio boni Principis non pugnat  
legibus vivere *l. 23. ff. de leg. 3. l. 3. C. de testam. vid. Suthold.*

diss



diff. de Idict. th. 32. Hahn. in VVes. ff. de leg. p. m. 125. VVurmb.  
Exercit. ex Jure publ. 3. qu. 1. & nemo inficiabitur, quoties  
necessitas poposcerit licere Principi viam Juris ordinarii ex-  
cedere, atq; de facto reum capi, & incognita judicibus cau-  
sa occidi jubere, si ordinarium publicumq; Processum peri-  
culosum esse cognoverit, cum Dominus tam bonorum  
quam corporum nostrorum sit: Viâ hâc Alexander se à  
Parmenione, Tiberius à Sejano, Henricus III Rex hallia-  
rum à Duce Gvifio & Ferdinandus II à Wallensteinio se se  
futos præstiterunt. Sed quam ab horum causis dissimillima  
Romuli: ubi enim frâtris affectatio imperij? ubi infidiae vi-  
tæ Romuli struetæ? nullæ, protinus nullæ, nihil laudis Ro-  
mulus sibi addidit, cum fratrem in auditum aut necavit, aut  
assassinoris vicem præstítit, Rhadamisto præludens qui  
filios Mithridatis, quod cœdibus parentum illacrimaverant-  
trucidat; & illud tyrannicum facto exprimens, lege agen-  
dum non est, ubi imperio uti potes: Plurimis Politicorum  
& ICtorum persvassimum, Pomponium in adducta superi-  
us lege improbam Remi internacionem non approbasse,  
minus multo quocunq; furo defensitasse, inviolabilem po-  
tius murorum Sanctitatem vigore vulgaris Historicorum  
traditionis exemplo Remi illustrare voluisse. Et hæc qui-  
dem pro excusatione Juris Romani & crudelitate nefanda,  
Romuli Fratricidæ ad modulum ingenii dicta & congesta  
funto: A vobis verò Magnifici, Nobilissimi Patriæ Patres,  
VIRI omni honore honoratissimi &c. etiam atq; etiam rogo,  
ut veniam, mihi, in hoc dicendi genere parum aut nihil  
exercitato, tribuere, non dedignemini: Faxit Triuna San-  
ctitas vos animi & corporis perennanti incolumitate flore-  
re, vigere, vivere; faciat sancto & arctissimo concordiaæ  
civilis vinculo caput suo corpori tranquille coadunari: Læ-  
te-



QK 11 n 72

tetur tota civitas, lætentur Juvenes, Virgines cum pusillis  
Regimen vestrum annuale novum, acclament jugiter, sit  
Pax Patriæ! sit salus Patribus Patriæ, sub quorum tegmine  
indies curarum cumulato, quorum indefessa de publica sa-  
lute vigilantia ab adversariorum circumcirciter stipati nimis  
& insidiis salvi & incorrupti in beatæ quietis tranquillitate  
superstites persistere queamus! Deus ille magnus Jehovah  
per quem regunt Reges, *Proverb. 8. v. 15.* per quem consu-  
lentes fovent justitiam, vestris vires suppeditet mentibus  
atq; corporibus verbo, sit semper florentissima SITT A-  
VIENSIUM Respublica! Quod restat pro benevolâ ne-  
gotii hujus vilioris attentione summas habeo gratias, polli-  
ceor me in eo totum fore, ut observantiam, cultum nun-  
quam fessum, VOBIS, SITT AVIENSES! omni tempo-  
re exhibeam,

quam paratisimus,  
atq;

Si male dixero  
redarguar  
Sin bene?

SOLI DEO GLORIA.



1677

modo possit vi  
fuit, quæ est  
cam bene con  
qui humanas  
atq; ita homin  
tem penitus si  
hæc fatua pro  
losophico lib.  
quantus occa  
frustra enim  
quæ nullus n  
idq; omnium  
mum judicatu  
bos, quod ad  
futuri cogit  
quam fuerint  
discreta confi  
manas public  
dia, Fratricid  
facultas &c :  
*Pomp. de parr*  
cœde patrata  
textus in l. j  
Remus occi  
voluerit : &c  
nulla Patavin  
fione Remi  
duco, lib. 1. T  
gressi, certar  
ictus Remus  
Remum nov



addi necesse  
& Rempubli  
. Fueré olim,  
autumarunt,  
rendi faculta  
Garamantas  
consolatu Phi  
nel recepto,  
uatur, liquet:  
proponuntur,  
s animorum;  
nunc æquissi  
miserari pro  
voluntas, sed  
virtutes quic  
is mista & in  
qui leges Ro  
uibus Parrici  
defendere sit  
us l. 9. ad l.  
n linea recta  
icidii laudatur  
Romuli frater  
transcendere  
in quo tamen  
num, de occi  
peræ pretium  
rcatione con  
r; ibi in turba  
udibrio fratrib,  
rato Romulo,  
cum,